MENSIS
DIVINI AMORIS.

Digitized by Google

MENSIS
DIVINI AMORIS,
SIVE
MENSIS VNIVS
EXERCITATIONES
DE AMORE DEI,
IN VSVM
BREVIS MEDITATIONIS
ET
EXAMINIS PARTICVLARIS

PROPOSITAE

A IOANNE NADASI
SOCIETATIS IESV.

ROMAE,
Typis Ignatij de' Lazaris. 1662.

Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ioannes Paulus Oliua Societatis Ieſu Vicarius Generalis.

CVM Menſem Diuini Amoris, à P. Ioanne Nadaſi noſtræ Societatis Sacerdote conſcriptum aliqui eiuſdem Societatis Theologi recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint; poteſtatem facimus, vt typis mandetur: ſi ita ijs ad quos pertinet. videbitur cuius rei gratià, has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas damus. Romæ 1 Septembris 1662.

Ioan. Paulus Oliua.

Digitized by Google

Digitized by Google

Imprimatur

Si videbitur Reuerendiſs. Patri Sacri Pal. Apoſt. Mag.

O. Ep. Patracen. Viceſg.

Imprimatur:

Fr. Seraphinus Bertolinius, Socius Reuerendiſs. P. Fr. Raymundi Capiſucchi. Ord. Præd. S. P. Ap. Mag.

Digitized by Google

Digitized by Google

Reuerendiſſimo D. D.

IOACHIMO LVSSINSKI

Abbati de Monte Zebegeny. Eccl. Metrop. Strigon. Cuſtodi, & Canonico, &c. Sodali B.V.Viſit. Tyrnauiæ.

IOANNES NADASI SOCIETATIS IESV.

FELICITATEM.

QVI *Diurnum Diuini Amoris* dedi eidem pari dedicatione do nunc, velut in Alphabeto, Menſem

eiuſ-

eiusdem. In Delo, templi veſtibulo inſcriptum fuiſſe ait Ariſtoteles: [1] *Non in eodem omnia conuenire; Bonum,* Hone*ſtum, & Iucundum*. At Amore hoc noſtro nihil eſt melius, honeſtius, aut iucundius; vt vnà olim in Deo videbimus. Spartani pugnaturi, Amori ſacra faciebant. [2] Vt vincamus nos ipſos; age amemus actuosè: ſimus dedititij diuini amoris, imò victimæ hecatombæ quotidie. Ita non habebimus *menſes vacuos*, [3] ſed *plenos dierum* aureorum. Hoc agit actuo-

1 *Moralium Eudemiorum cap.* 1.
2 *Alex. ab Alex.* genial. l. 4. c. 7.
3 *Iob* 7. 3.

actuoſus hic Menſis diuini amoris in praxi boni omnis, ac victoriæ cōſequēdæ. Praxis enim eſt velut reſpiratio amoris; & exercitatio militiæ, ideſt, vitæ, ſine inertiis otioſi amoris. Hāc ego expertæ Tuæ Virtuti mitto, vt alimentum, quo teneram pietatis Tuæ ſoliditatem alas. Vale immortaliter; & memento quòd Amor Dei ſit *Cuſtos* cordis. Romæ in Domo Profeſſ. S. I. prid. S. Tereſiæ. 1662.

Men-

Digitized by Google

MENSIS DIVINI AMORIS.

ſiue

Exercitationes menſtruæ de Diuini Amoris praxibus, in ſingulos dies Menſis; eo ordine, & delectu qui cuilibet placuerit.

Primo die Menſis.

ACTVS *Amoris diuini quàm frequentiſſimos per otium potes elicere.* Nam Deo nihil magis gratum, & iucun-

dum eſt, quàm amari. 1 *Deus non ad aliud amat niſi vt ametur*, inquit ſuauiſſimus diuini amoris Aſceta Bernardus. Quocirca pretioſum quiddam, ac Deo vnicè acceptum eſt, exercitationi huic toto ſtudio incumbere; vt in hac actuum diuini amoris frequentatione, aſſiduum, ac exercitatiſſimum pectus quotidie impleas hoc theſauro quo nihil melius, nihil Deo carius habet cælum. Alius

actus

1 Serm. 83. in Cant.

actus amoris Dei alij ſternit viam, eumque accendit, cumulo nobili atque incendio; quod Deo eſt amœniſſimæ voluptati. Cæterùm ad frequentes has actuum diuini amoris iterationes nobis & ſolatio, & incitamento eſse debet Angelicus ille Theologus, qui nos ad amoris diuini academiam ducens, nullum diuini amoris actum tam exilem eſse putat, quin magno planè operæ pretio frequentetur, dum docet in hæc verba:

1 *S. Thomas* 2, 2, *q.* 24. *a.* 6.

Quilibet actus charitatis diſponit ad charitatis augmentum; in quantum ex vno actu charitatis homo redditur promptior iterùm ad agendum ſecundùm charitatem: & habilitate creſcente prorumpit in actum feruentiorem dilectionis quo conatur ad charitatis profectum; & tunc charitas augetur in actu. Sic ille.

Incipe ergò hodie aſſueſcere, vt prorumpas in actus feruentiores dilectionis, quibus coneris proficere. id ſi non ſatis po-

pores, elice actus quos potes. dic ex. gr. *Amo, amo, amo te, optime; amo te, pulcherrimè; amo te, infinitè amabilis Deus meus!* Plura ſimilia ſeligi poterunt ex meo Diurno diuini Amoris Romæ impreſso 1660.

II. Die Menſis.

Beatos in amando Deo imitari.

S. Ioannes Damaſcenus, Sanctas, inquit, & ſu-

Orat. ad Chriſtum ad calcem operum pag. 225.

Digitized by Google

ſupercæleſtes poteſtates nunquam capit, neque capiet ſatietas; ſed inceſſabilibus vocibus laudant magnificentiam, & ſplendorẽ diuinitatis tuę. Et S. Auguſtinus: 1 Hoc erit totum negotium noſtrum ſinè defectu; *Alleluia*! Non nos ſatiabit Laus Dei. Si deficias ab amore, deficies à laude: ſi autem amor ſempiternus erit, quia illa inſatiabilis pulchritudo erit, noli timere, ne non poſſis ſemper laudare quem ſem-

1 *in pſ.* 83. *ſ.* 201. *A.*

ſemper poteris amare.

1 S. Thomas dicit, charitatem ex parte diligentis tunc eſſe perfectam quando diligit tantum quantum poteſt; ita vt *totum cor hominis actualiter ſemper feratur in Deũ.* & hæc eſt perfectio charitatis patriæ. Imitabere Beatos ſi id quod ſemper non potes, facias quanto ſæpiùs potes.

1 2. 2. q. 24. a. 8.

Digitized by Google

III. Die Menſis.

Charitatis erga proximum actus frequentare.

SI diligamus inuicem, inquit 1 Apoſtolus charitatis, Deus in nobis manet, & *charitas* eius in nobis perfecta eſt. Et hoc mandatum habemus à Deo; vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Fiet id amore Dei dando eleemoſynam corporalem, vel

1 1. *Io.* 4.

vel ſpiritualem. B. Laurentius Iuſtinianus: *Deum, inquit* 1 *diligit, qui libenter pro Deo dat eleemoſynam. Dei amator mercator eſt optimus*. Idem: *Tunc Deum amabit,* 2 *si in hoc ipsũ imitetur, ut velit omnibus prodeſse, & nulli nocere*. Aliàs item: *Amor Dei amorem proximi generat, & calefacit. Tunc ad ſummã perfectionem charitatis mirabiliter ſurgit, cùm ad ima proximorum miſericordia ſe attrahit*. Atque hæc facienda Dei

1 *Ligni vitæ de charit. c.* 11.
2 *Ligni vita c.* 5. & 14.

amore; vt in eo creſcas, iuxta illud: 1 *Non te pigeat viſitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis*. Nam vt docet S. Thomas 2. *idem ſpecie actus eſt, quo diligitur Deus, & quo diligitur proximus. Et propter hoc habitus charitatis non ſolùm ſe extendit ad dilectionem Dei, ſed etiam ad dilectionem proximi*. Sed caue ne niſi amore Dei vllum ames. Incipiat homo *amare Deum*, 3 inquit Sanctus Auguſtinus, & non

1 *Eccli* 7. 39. 2 2. 2. q. 25. a. 1. 3 *hom*. 38.

non amabit in homine niſi Deum. Nihil illo pulchrius: nihil illo dulcius. 1 Et idem: Dilige miſericordiam, fuge luxuriam, incipe etiam inimicos diligere. Et cùm hæc fideliter cuſtodire toto corde contenderis, iſtis virtutibus, velut quibuſdam gradibus poteris aſcendere, vt merearis Deum toto animo, & tota virtute diligere. Hæc omnia Auguſtinus.

1 *homo* 37.

IV. Die Menſis.

De Deo libenter legere, audire, loqui; ea quæ ad Dei cultum ſpe-ctant hono-rare.

ADmirabilis illa Catharina Bononienſis in libello quem ſua manu ſcriptum ſuis reliquit, monet 1 vt amans anima diuinam lectionem cum ardenti affectu deponat in pectore, tan-

1 *Ital, impreſſ. Venet. fol, 13.*

tanquam epiſtolam ſibi eo die de cælo à Deo miſsám. Si amas, audi eum quem amas. *Quando legis,* 1 inquit S. Auguſtinus, *Deus tibi loquitur: quando oras, cum Deo loqueris.* Qui amat, libenter cogitat, legit, audit, loquitur de Deo quem amat. 2 B. Laurentius Iuſtinianus; Fit, ait, vt theſaurum tuum ex tuo amore cognoſcas; & amorem tuum ex indicio cogitationis intelligas.

Deum

1 *In pſ.85. fol.205.L.* 2 *Ligni vitæ c. 4. & 11.*

Deum diligit qui cogitat de Deo libenter; qui vadit in domum Dei libenter; qui de Deo libenter *loquitur*; qui de Deo libenter *audit*. S.P. Ignatius etiam rudibus de Deo libenter loquebatur; & catechiſmis ſuis hanc coronidem imponebat: *Amate Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota voluntate*. O *quàm pulchrum eſt*, ait apud Vincentium Caraſam in Epiſtola, Sanctus Gregorius Nazianzenus, *quàm diuinum eſt per diuinarum rerum commemorationem*

in

in Dei amorem perpetuò excitari! Miniſtris etiam Dei, amore Dei omnis charitas, & reuerentia exhibenda, iuxta illud: 1 *In omni virtute tua dilige eum qui te fecit; & miniſtros eius ne derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua; & honorifica Sacerdotes.* Cultus Dei etiam ſit ex amore Dei. Vnde S. Auguſtinus: 2 Quid in æternis excellentius quàm Deus: & quis *cultus* eius, niſi *amor* eius? Idem: Conſtitutus in

1 *Eccli.* 7. 32. 2 *lib.* 12. *de Trinit. c.* 14. *t.* 3. *ſent.* 258.

in terra Deo iungeris, quia quæ Deo chara ſunt diligis.

V. Die Menſis.

Diligenter exequi quæ facis.

S. Thereſiæ dixit Chriſtus: 1. *Cum amor ſit res omnium optima*; vt procuraret, nihil omninò eorum omittere, quæ illam ad amorem poterant incitare. Quare amore optimi, & maximi Dei

1 *ad calcem ſuæ vitæ, mihi p.536.*

Dei optimè age quicquid agis, nulla diligentiæ parte omiſsa. S. P. Ignatius Conf. Coadiutori cuipiam, ſeu laico, negligenter quiddam agenti, & interrogato in quem finem referret id quod agebat; ac reſpondenti, ſe id amore Dei agere; ſeuero vultu dixit: Tolerabilem futuram fuiſse illam in agendo indiligentiam ſi hominum cauſa fieret quod agebat: nunc verò commeruiſse pœnam, quòd ea, quæ diuini amoris cauſa faceret, non omni-

Digitized by Google

bus perquiſitæ diligentiæ numeris vndequaque abſolueret. Si ergò voluntatem tædium ſubeat, ſi caro langueat in agendo; pete accendi à Spiritu Sancto igne amoris Dei. Dic illi cum S. Ioanne Damaſceno 1 laudato aliàs: O inuictum amorem tuum. Tu potens es ſolus & voluntatem iterùm accendere, & carnem fortificare. 2 *Qui timet* (qui amat) *Deum nihil negligit*. Opera, inquit B. Laurent. Iuſtin. plum-

1 *loco ſupra cit.* 2 *Eccl. 7. 19.*

plumbea ſunt ſinè charitate: aurea charitas auget meritum. 1. Charitas ignitam reddit animam quam poſſidet. Non clareſcet anima in fulgore æternæ pulchritudinis, ſi non arſerit in officina charitatis. Sic ille. Ignito hoc auro charitatis perfuſa anima nihil aget niſi accuratiſſimè.

VI.

1 *Ligni vitæ c. 3. de charit.*

VI. Die Menſis.

Dolere de peccatis ex motiuo puri amoris Dei.

ASſueſcendum, vt in examine conſcientiæ, & in pœnitentiæ Sacramēto dolor de peccatis è Dei amore naſcatur. 1 Angelus S. Brigittæ dixit; à tali anima offerri Deo clauē ex auro puriſſimo, quæ ſignificat cōtritionē purā pro peccatis, quæ clauis *aperit cor Dei; & in-*

1 *Reuel. l.* 4. *c.* 107.

& introducit peccatorem in cor Dei. 1 Eadẽ Sancta diuinitùs edocta eſt, quòd charitas deleat peccata noſtra quæ ſcripta ſunt in libro diaboli. Roganda ad id eſt S. Maria Magdalena, quæ *dilexit multum*. S. Auguſtinus: Si ſermo meus, inquit, inuenit in cordibus veſtris aliquam ſcintillam 2 gratuiti amoris Dei, ipſam nutrite, prece, humilitate, *dolore poenitentiæ*. Ipſa cùm creuerit, & flammam digniſſimam, & ampliſ-

1 *lib. 6. c. 39.* 2 *Serm. 21. de verbis Apoſtoli.*

pliſſimam fecerit, omnium cupiditatum carnalium fænum conſumet.

Et S. Petrus Chryſologus: 1 Abſolui vis? *Ama*. Charitas cooperiet multitudinem peccatorum. *Ama* ergò, homo, Deum, & *ama* totus; vt poſſis omnia ſinè labore vincere, & delere peccata. Teneræ militiæ, delicati conflictus eſt, *amore* ſolo de cunctis criminibus reportare victoriam. Charitas Dei cuſtos eſt ſanctitatis. Ita ille.

In

1 Serm. 94.

In examine itaque cõſciẽtiæ *vade pondera mihi ignis pondus:* 1 ignis illius quem Chriſtus venit mittere in terrã: vide quantum ames Deum; id eſt, quãtum oderis quod odit ille. Vox diuini amoris eſt: Qui *diligitis Dominũ,* 2 odite malum. 3 Qui *diligit* Deũ, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudietur. Chirographum peccatorum igne diuini amoris exure. Certum eſt illud Chriſti:

1 *4. Eſdræ* 4. 5. 2 *Pſal.* 96. 10. 3 *Eccli.* 3. 4.

Qui habet mandata mea, & *ſeruat* ea, *ille eſt qui diligit me*: 1 qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum. Qui *non diligit* me, ſermones meos *nõ ſeruat*. At, vt ames Deum, eijce dæmonem è corde tuo, & nidum eius. 2 *Deus*, ait S. Aug. *vt ædificaret in cordibus hominum charitatem, miſit diabolum foras.*

VII.

---

1 *Io.* 14. 21. & 24. 2 *hom.* 38. *inter* 50.

VII. Die Menſis.

Deſiderium amplius amandi Deum in ſe ſæpius excitare.

AN Deum amemus ſcire nõ poſſumus, inquit B. Franciſcus de Sales; 1 at ſcimus an illũ amare deſideremus. Si verè deſideremus amorẽ Dei, iam illum habere incipimus. Non ita ſe res habet in ægro qui licèt

 de-

1 *lib. 6. de amore Dei. c. 2.*

deſideret cibum appetere, tamen non appetit.
1 S. Ioannes Chryſoſtomus dicit quòd deſideriũ ſeruiendi Deo, quod oritur ex magno *amore*, ſit *corona maxima, & quouis diademate præclarius*. 2. Ignea illa Catharina Bononienſis in ſuo libello aliàs hìc laudato, dicit dolorem quo dolemus quòd Deum non magis amemus, eſſe ſignum amoris; adeòque in anima illa eſſe dolorem ſimul & amorem. Dic ergo

B go

1 In pſ. 115. fol. 308. 2. fol. 46.

go cum S. Auguſtino idẽtidem: 1 Cupio deſiderio magno de te eloqui quod oportet, & decet: *Amo te, Deus meus, amore magno, magiſque te amare cupio. fac me per ignem cõpunctionis coram te omni hora hoſtiam viuam fieri.* Inde etiam deſiderium æternitatis beatæ adeundæ ſæpius excitandum, vt vt ibi amemus perfectiùs, & coram. Quare B. Laurentius Iuſtinianus 2 *Charitas,* inquit, *virtus eſt qua videre Deũ, & perfrui de-*

1 *Medit.* c. 35. 2 *Ligni vitæ de charit.* c. 1. & 14.

ſideramus. Inde optamus vt proficiamus in virtute; vnde idem Beatus Patriarcha diſquirens quibus exercitationibus proficiat charitas, reſpondet; *magno deſiderio proficiēdi*, Magna, ait, pars profectus eſt velle proficere: item *multitudine deſiderii*. eſt enim, inquit, perfectus amor deſiderijs plenus. Dic cum S. Bernardo: 1 Hucuſq; te faciente profeci vt deſiderem deſiderare te, & amem amare te: & hoc eſt amare

re

1 *de amore Dei c. 2. 3. 4.*

re tuum, inſpirare hoc deſiderium amandi te. Qui deſiderat, ſemper amat deſiderare; & qui amat, ſemper deſiderat amare. 1

VIII. Die Menſis.

SS. Euchariſtiæ Sacramentum frequenter ſumere, frequentiùs viſitare; vt te amore Dei accendat.

IBi eſt ille qui ignem venit mittere in terrā: occurre venienti, vt in te

1 *de amore Dei c.* 1. 3. 4.

accendatur ille ignis, & ardeat. B. Magd. de Pazzis feriam quintam, vocabat *diem amoris*. Ibi eſt Deus amoris abſcōditus: Deus ignis conſumens. Venit vt accendat; adi illum vt accendaris. Flexis coram illo genibus pete alimentum amoris, myſterium charitatis, pignus cordis Dei. Inuiſe quem amas, *ſæpius*, *& impetra* amorē immortaliter ardentem. Sanctus Auguſtinus. 1 Charitas, inquit, eſt via Dei ad homines, & via ho-

1 *lib. de ſpiritu, & anima.*

hominum ad Deum. Ibi eſt pulcher quem deſideras; ibi bonus quem amare vis. Roga illum vt tollat omne impedimentum amoris diuini è corde tuo. Idcircò ibi ſe poſuit, *vt dum* in illo Sacramẽto *viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc in inuiſibiliũ amorem rapiamur.*

Sine te rapi: &
inuiſe illum
ſæpè.

IX. Die Menſis.

Examen particulare de virtute aliqua acquirenda ex motiuo diuini amoris inſtituere.

ARtem particularis examinis 1 Beatiſſima Virgo docuit S. P. Ignatium; eòque illa vſq; adeò chara fuit Ignatio, vt eam ſuis filijs teſtamēto reliquerit moriens, 2 eiuſque libellus ad caput

1 *And. Lucas vitæ Hiſp. l.5. c.28.*
2 *Iac. Alu. de perfect. to.2. col.815.*

put morientis Ignatij ſit repertus. Ad expugnandum ergò vitium virtuti quam quærimus oppoſitum, & adipiſcendam illam virtutem, compendio diuini amoris vtendum eſt; vt vitium illud oderis quia illud odit Deus, quia eſt impedimentum amoris Dei; vt virtutem illam quæras quia illam Deus amat: & illa erit alimentum diuini amoris in te, ac velut vnũ è pretioſis lignis quibus paſcatur flãma diuini amoris. Ordinauit in me charitatem, inquit amans

Deum anima: [1] ex Hebræo vertunt alij: Vexillum eius ſuper me amor. Et Chaldæus: Vexillum præceptorum eius ſuper me in dilectione. Sub hoc vexillo vincēdus eſt ille hoſtis diuini amoris, vitium illud quod expugnare vis; ſub hoc, duce amore, penetrandum ad arcem virtutis ad quam quotidie paſſus aliquot facere debes; idque non quia illa tibi placet, vel vtilis tibi eſt; ſed quia Deo placet, Deum dele-

ctat,

---

1 *Cant.* 2. 4.

ctat, aperit viam ad Deũ amandum perfectiùs hìc & in cælo: quia *amor nutritur ex virtutum perfectione*, vt ait B. Laurentius Iuſtinianus [1]. Eiuſdem eſt illud: Charitas virtutum, regina, mater, ac nutrix. In charitatis aſſuetus affectibus (quod fit per examen particulare) *quendam habitum amoris Dei acquirit*, per quem impellitur amabiliter cogitare de Deo. Atque ita etiam dum ad aliam virtutem tendit, ſi
 id

1 *De caſto connubio c. 5. Ligni vitæ c. 13.*

id faciat ex motiuo amoris Dei, tendit ad amorē Dei. vt ſi quis Venetijs Romam tendat, etiā dum it Bononiam aut Laurētum, dicit ſe Romam proficiſci; quia illuc it vt Romam perueniat. Vt ergo Deum ames ardentius, manè decerne te eo die virtutem talem quæſiturum; & pete à Spiritu Sancto ignem ac lumen, vt ardenter illam quæras, & inuenias. meridie examina te quoties virtutis talis actus exercueris, vel in vitium ei contrarium ſis prolapſus: nota in li-

bello: dole, gratias age, pete veniã & auxilium: infige tibi aliquam pœnam, ſi deliquiſti. alia vide in exercitijs S. P. Ignatij. Quod hic ago eſt, vt actus ab illa virtute eliciti imperentur ab amore Dei, qui eſt imperator huius militiæ, qui docet nos vincere, cui adſcribitur victoria. *Tunc victa vitia deputãda ſunt, cùm Dei amore vincũtur,* 1 inquit Aug. & S. Thom. 2 Finis omnium actionũ humanarum, & affectio-

num

1 l. 21. Ciuit. c. 16. 2 22. q. 27. a. 6. c.

num eſt dilectio Dei, per quam maximè attingimus vltimum finem. Et alibi: 1 Meritum vitæ æternæ primò pertinet ad charitatem: ad alias autem virtutes ſecundariò, ſecundùm quod earum actus à charitate imperantur. Idem alio loco: 2 A charitate deriuatur aliquis actus dupliciter. vno modo ſicut ab ea elicitus: & talis actus virtuoſus nõ requirit aliam virtutem, præter charitatem; ſicut diligere bonum, gaudere

---

1 2. 2. q. 114. a. 4. 2 3. p. q. 85. a. 2. ad 1.

de eo, & triſtari de oppoſito. Alio modo aliquis actus à charitate procedit, quaſi à charitate imperatus. Et ſic quia ipſa imperat omnibus virtutibus (vtpotè ordinans eas ad finem ſuum) actus à charitate procedens, poteſt etiam ad aliam ſpecialem virtutem pertinere. Sic ille. Quare virtutibus ita ſtudendum eſt per examen particulare vt illarum actus ab illis eliciantur, ſed ab illa imperetur, & ad finem vltimum dirigantur, vt ea quæ Deo placita ſunt facia-

ciamus ſemper; id quod de ſe dicebat Chriſtus. Princeps ergo noſtra, ſeu Regina charitas alias actiones ipſa exercet, ſeu elicit; alias verò imperat vt ab alijs virtutibus, velut eius ancillis, exerceantur: ſicut ſi Princeps aliam epiſtolam ipſe ſcribat, aliam verò ſcribi iubeat, ſed hanc etiam ſuo nomine ac ſigillo nobilitet. Sic amor tibi erit omnis virtus, omni lex. *Cùm amat Deus*, 1 inquit Bernardus, *non aliud vult*

quàm

1 *Serm.83. in Cant.*

quàm amari; ſciens ipſo amore beatos qui ſe amauerint. Vide meum Diurnum Diuini Amoris.

X. Die Menſis.

Fiduciam erga Deum alere igne Diuini Amoris.

S. Mechtildi Chriſtus dixit; vt ſi quid moleſtum nobis acciderit, nulli queramur, 1 ſed illi ſoli pandamus *cum fiducia,*

---

1. *Spirit. grat. lib. 4. c. 2.*

cia, ſi quid nos premit. Deinde, vt homo, inquit, mecum in veritate ambulet, quem ego in extremis ſuis, velut mater amantiſſimum filium, inter paternos amplexus meos ſuſcipiam. Tua ergò occupatio ſit amare Deum in veritate: & illi fidere. 1 *Cuſtodit Dominus omnes* (omnes) *diligētes ſe.* Certè S. Ioannes inter partes perfectę charitatis ponit fiduciam: 2 *In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam ha-*

1 *pſ.* 144. 20. 2 1. *Io.* 4. 17.

habeamus in die iudicii.

XI. Die Menſis.

Gratulari Deo.

HIc eſt vnus ex actibus amoris Dei excellentioribus. Itaq; ſæpiùs frequentandi actus quibus gratuleris Deo quòd ſit Deus infinitè amabilis, infinitè ſe amãs, habens omnia ita vt ab eo nihil poſſit auferri: dominus omnium ab ęterno æternus in æternum, etiã meus. Nomine creatarum

rum rerum omnium gratulari illi quòd ſit is qui eſt. neque aliud melius aut gratius Deo fieri poſſe aiunt aſceticæ Theologiæ Magiſtri quàm vt id ex profundo corde fiat, & actibus gratulationis quàm frequentiſſimè repetitis; ex.gr. Amo, gratulor tibi, gaudeo de te, Deus; & in ſingula vitæ meæ momenta vellem id agere omni ardore ac flagrantia omnium volũtatum: & amorem meum coniungo tuo, & offero tibi vnà cum hoc meo amorem tuum quo te infini-

nitè amas, & ipſe gaudes de teipſo. Gaudeo te amari! De hac congratulatione S. Thomas: 1 *Hæc congratulatio*, inquit, *vehementiſſimè ducit in Deum, & ad Deum. Si omnia corda eſsent vnum cor, inueſtigare non poſset quãtam delectationem habet anima in congratulatione Dei.* Et Albertus Magnus, ſignum veriſſimæ dilectionis ad Denm eſse ait cùm homo congratulatur Deo in omnibus quæ Deo placent.

XII.

---

1 *S. Thomas opuſculo 64. cap. 7. Paradiſ. c. 1.*

XII. Die Menſis.

Gratias agere Deo etiam pro aduerſis.

DEo gratias corde amoris pleno & lingua prolatum eſt pretioſiſſimum acroama in auribus Dei. Hoc agenti, & dolorem capitis quo ardebat, Deo in Euchariſtica hoſtia tempore ſacri offerenti 1 S. Mechtildi apparuit Chriſtus, & pulcherrimas roſas illigans li-

1 *Spirit. grat. lib. 4. c. 17.*

ligneo ac arido circulo;
hoc ſymbolum eſſe dixit,
quòd nullius peccatoris
cor adeò aruerit à pec-
catis, quin reuireſcat, ſi
morbum vel dolorem,
quantumuis leuem, quem
patitur, libenter ſuſtineat
amore Dei, paratus (ſi
Deus velit) maiorem etiã
ſuſtinere. S. Auguſtinus: 1
Quid melius & animo
geramus, & ore proma-
mus, & calamo exprima-
mus quàm *Deo gratias*?
Hoc nec dici breuius, nec
audiri lætius, nec intelli-

gi

1 *tomo* 2. *ep*.77. *fol*.71. *H*.

gi grandius, nec agi fru-
ctuoſius poteſt. Ita ille.
Hoc agit qui amat etiam
in aduerſis; quæ ſunt cor
amoris, & lapis lydius.
S. Ioannes Damaſcenus, [1]
manè, meridie, & veſpe-
re ad Chriſtum ſic orare
nos docet: Gratia tua in-
ſatiabiliter agit in nobis
à mane ad veſperam, & à
veſpera ad alterum ma-
ne: Gubernas, & foues
me in pullum tuum, tan-
quam facturam *amoris*
tui. Et hoc ipſum poſse
gratias agere quantũ do-
num

[1] *ad calcem operum in orat. ad Chriſtum.*

num eſt? Sic *gratias agam* legitimè, ſi ſimul adiungatur mea voluntas, cum voluntate tua; & ſi totum cor meum *conglutinabitur amori tuo*: & ſic dignare me gratias agere tibi, Chriſte Rex, Fili Dei, & Deus valdè bone. Tu vis verè meum bonum.

XIII. Die Menſis.

Humilitate actuoſa Dei amorem accendere.

HVmilitatem, & alias virtutes, poteſt voluntas velle ex motiuo amoris Dei; adeòque actus ab humilitatis virtute elici poſſunt, & à charitate imperari: ex. gratia; quia placet Deo, quia grata eſt Deo, quem amo, actuoſa humilitas, idcircò volo facere hunc actum humilitatis. Ille

actus eſt elicitus à virtute humilitatis, imperatus verò ab amore Dei: & ſi fiat ad proximum ſubleuandum, idem actus imperabitur à virtute charitatis erga proximum. Vt ergò humilitatis Deo gratiſſimæ nidum, velut phœnici, pares amori diuino; ſtude humilitatis actibus, quia Deo ſunt chari. Contemne te, amore Dei, contemne te. Fecerunt, inquit S. Auguſtinus 1, ciuitates duas amores duo, terrenam

1 *lib. 14. Ciuit. c. vlt.*

ſcilicet amor ſui vſque ad contemptum Dei; cæleſtem verò *amor Dei* vſque ad *contemptum ſui*. Sic ille. Aedifica ciuitatem amoris Dei è laterculis humilitatis, qui è vili luto benè ſubacto excoquantur in fornace, ac igne amoris Dei. Humilitas autem hæc exerceri poteſt erga Deum, & proximum, ex motiuo amoris Dei. Erga Deum reuerentia profunda. Ita video candelæ ardentis flammam ſe interdum demittere, & veluti collectis tunc viribus in altum

le-

ſe ſe porrigere. Deprime te in abyſſum; & tum exurge in excellentiſſimos actus amoris Dei. Familiare fuit S. P. Ignatio illud ad Deum ſuſpirium: *Da mihi humilitatem, & reuerentiam tui amoris plenam, Deus meus!* Loquere Deo tanquam puluis, & cinis à carbone diuini amoris calens, eumque tegens. B. Laurentius Iuſtinianus 1: *Ignis, inquit, & charitas in puluerem redigit. Charitas omnium virtutum*

1 *Ligni vita de charit. c. 3. &* c. 12.

mater eſt: etiam humilitatis. Tanto, inquit idem, *tanto quiſque ſit amabilior Deo quanto propter eum ſit vilior ſibi; & tanto vilior Deo quanto pretioſior ſibi efficitur.* Erga proximum exercenda humilitas non tantùm ex charitate erga illum, ſed & ex motiuo amoris Dei, quem amas, & vis facere quod illum delectat dum vis non tantùm ipſi ſeruire, quia dignus eſt, ſed etiam, eius amore, proximo. Nam, vt docet S. Thomas, *intendere his quæ pertinent ad proxi-*

morum [1] *dilectionem, prouenit ex abundantia dilectionis diuinæ. Hoc autem eſt maioris dilectionis ſignum, vt homo propter amicum etiam alii ſeruiat, quàm ſi ſoli amico velit ſeruire*: ſiue id fiat per ſtudium animarum, ſiue per humilitatem, aliamuè virtutem.

1 2.2.q.184. *art.7.ad* 2.

XIV. Die Menſis.

Inſpirationibus diuinis parere conſtanter.

S. Auguſtinus, & ex eo Albertus Magnus: *Deum*, 1 inquit, *diligit qui imperata cuſtodit, quia quod iubetur optimum eſt*. Adde; ideò te obedire inſinuationi inſpirationiq; diuinæ (non minùs, quàm ſi ea præceptum eſſet) quia qui iu-

1 *paradiſi c. 1.*

iubet optimus eſt. Optimum eſt aſsueſcere memoriæ præſentis Dei, vt eum ames coram, & obedienter; 1 imiterisque Chriſtum dicentem: A meipſo facio nihil; ſed ſicut docuit me Pater, hæc loquor: & qui me miſit, *mecum eſt*, & non reliquit me ſolum: *quia ego quæ placita ſunt ei facio ſemper*. Ita qui amat, facit quod amicus inſinuat in aurem amici. Et in ſenaculo Philoſophorum, cùm de amoris no-

1 *Io.*8.29.

Digitized by Google

imine deliberaretur olim, decretum fuit, ut *amor annuens* uocetur. Si amas Deum, annues inſpirationibus illius; ſi non annuas, non amas. Et annuendo ſemper plus amabis. Cor amoris, plenum eſt auribus; vt oculis Argus in fabulis.

XV.

XV. Die Menſis

Intentione puriſſima ex puro amore Dei res agere.

Aſſueſcendum, ut ipſæ uirtutum actiones à nobis dirigantur ad amorem Dei, non ad ludrum noſtrum, uel commodum. ut ſi quæras occaſionem exercendæ charitatis, uel alterius uirtutis, uel ſi dormiendum, aut comedendum, aut aliud agendum ſit; id fa-

cias amore Dei non tui; quia Deo, non quia tibi, placet. *Hoc eſt gratis amare*, [1] inquit S. Auguſtinus, *non quaſi propoſita acceptione mercedis, quia ipſa merces tua ſumma Deus ipſe erit, quem gratis diligis*. Ad hunc finem amoris Dei, [2] ait idem, ſi omnes humanæ actionis motus numeroſque referamus, ſinè dubitatione mundabimur. Ex imperio ergò diuini amoris age quod agis; ſicut terræ filij agunt o-

mnia

1 *in pſ.* 124.
2 *l.* 6. *de muſica, c.* 14.

mnia inſtinctu amoris, & commodi proprij. Hæc eſt aurea diuini amoris menſura qua metiendæ ſunt uirtutes; imò etiam actiones, indifferentes dictæ. Tunc diuinus amor aurea menſura metitur ſtructuram muri *ex lapide iaſpide*, & fundamenta muri *omni lapide pretioſo* ornata, 1 quando ex illis ipſis, quæ nobis cum beſtijs communes ſunt actionibus reſpirandi, ambulandi, dormiendi, comedendi, bibendi &c. fa-

1 *Apoc.* 21. 18.

facit opera pretioſa, & meritoria, dum eas facit ex motiuo amoris Dei, dirigit ad gloriam, & laudem Dei, ſiue comedat, ſiue bibat, ex conſilio Apoſtoli: *Omne* [1] quodcunque facitis in uerbo, aut in opere, *omnia* in nomine D. N. Ieſu Chriſti. Etiam ipſi pretioſi uirtutum uariarum muri aurea diuini amoris menſura, & amuſſi dirigi debent; ita illorum pretium magis creſcet. Recti diligũt te: 70 habẽt:

Re-

1 1. *Cor.* 10, 31. *Coloſſ.* 3, 17

Rectitudo 1 dilexit te. Certè rectitudo intentionis eſt perpetua exercitatio dilectionis. 2 Bloſius, accuratus aſceta, multorum aliorum idem latè docentium ſententiam breuiter complexus, ait, quòd 3 *expeditiſſima ratio perueniendi ad ſincerum amorem Dei ſit*, ut amore illius & honore mouearis ad agendum: & ſi aduertas te quidpiam uelle, tuum commodum quærendo,

mox

1 *Cant.1.4.* 2. *Sacelli §.3.* 3. *Vid. Alphonſum Madrid. p. 3. rtis c. 1. fusè.*

mox facias tibi uim; & uoluntatem eò transferas, ut idem uelis meliore modo, nempe quia illud uult, deſiderat, & acceptum habet Deus, qui omni obſequio digniſſimus eſt, & de recto quolibet opere quod tali intẽtione peragis plurimùm gaudet. Multa de hoc dicta ſunt in Diurno diuini amoris c. 1. & paſſim.

XVI.

XVI. Die Menſis.

Liberale cor habere in obſequio Dei.

DEus nobis dat ſe totum. Idcircò liberali corde da te Deo totum ex toto, etiam per opera ſupererogationis; & faciendo ea quæ debes, aut ſoles, liberaliſſimà uoluntate, idquè ex motiuo amoris Dei. S. Ambroſius: Super omnia charitatem habere. *vt duce*, inquit, *charitate iter*

iter 1 *ambulent legis. Tota enim mente operatur, qui de amore aliquid facit.* Non eſt auarus, non ſordidus, non parcus, qui ex amore operatur. Toto corde, corde libero, non medio, non captiuo agendum eſt quod Dei eſt. Aeternorum principiorum lumen adhibendum 2 ut uelut accenſa fax nobis luceat ad operandum liberaliter amore Dei. S. Ambroſius *Omnium*, inquit, *virtutum lumen aeternum eſt*,

1. *In c.3.ad Coloſſ.* 2. *De vocatione gentium lib.1.c.3.*

totumque quod virtus eſt Deus eſt. Ignem veni mittere in terram. Ignis autem iſte dilectio eſt Dei, quam amator mundi non poteſt captiuo corde comprehendere. Pete à Deo charitatem hanc ignis dilatantis cor tuum: & tunc non ibis lento, ac parco paſſu, ſed curres uiam mandatorum Dei. Charitate autem 1 *maius mandatum aliud non eſt: maius eſt omnibus holocautomatibus, & ſacrificiis.* Non plumbo, non ære, non ar-

1 *Marci 12. 31 & 33*

argento, ſed auro, id eſt liberali corde, hic opus eſt. 1 *Nihil erat in templo* Salomonis, *quod non auro tegeretur*. Nihil ſui ſurripiat Deo anima, *Nam*, 2 ut benè Bernardus, *& cùm ſe totam effuderit in amorem, quantum eſt hoc ad illius fontis perenne profluuium?*

XVII.

1 *3. Reg. 6. 22.*
2 *Serm. 83. in Cant.*

XVII. Die Menſis.

MARIAE Deiparæ, ac Cælitum opem ad amoris diuini adeptionem expoſcere: ab illis eius artem condiſcere.

S. Brigitta ad Beatiſſimam Virginem, 1 *Doce me*, inquit, *Domina, diligere*. Tum Deipara reſpondit: Ego docebo te. Ordinata charitas eſt qua caro diligitur ad ſolam

1 *lib. 3. reuel. c. 28.*

lam ſuſtentationem : per-
fecta, quando nihil dul-
ceſcit homini, ſicut Deus.
1 Aliàs eidem ſuggeſſit
Virgo Mater conſilium,
vt orationem dominicam
attentè diceret ad obti-
nendum amorem Dei :
eleemoſynam eadem in-
tentione daret ; ac labo-
raret, atque deſideraſſet 2
charitatem à Deo impe-
trare. Ad acquirendam
charitatem neceſſe eſſe
rogare Deum : nam cha-
ritas diuina, inquit, non
obtinetur, niſi deſidere-
tur

1 *lib. 4. c. 126.*

tur, facere eleemoſy-nam, tertium adiumen-tum eſt *labor charitatis*. Qui vel vnum, inquit, *Pater noſter* legeret pro obtinenda charitate, pla-ceret Deo: & charitas diuina ei eius appro-pinquaret. Eadem ſan-cta Dei Matri, *Rogo te*, ait, *propter charitatem di-lecti Filii tui, ut dones mi-hi auxilium eum tota corde diligere*. Hæc fuit alta-re illud, in quo diuini a-moris ignis ſemper arſit. Hinc ergo ille petendus eſt.

I. *Reuel. extrauag. c. 69.*

eſt. In hac per nouem menſes non otioſus delituit Ieſus, qui ignem venit mittere in terrã: & eũ primùm miſit in illam; à quo igne MARIAE caro defecit in Deum! Hæc S. Catharinæ Senenſi dicitur 1 *portatrix ignis, currus ignis*. Plura vide c.18. Diurni diuini amoris. Optandum, vt omnibus omnium electorum cordibus amare Deum poſſimus.

Rogandi etiam Seraphini amore ardentes, vt te

1 *Orat.* 11 *die Annunt.*

te accendant: & ille qui S. Tereſiæ cor igneo iaculo transfixit: omnes Angeli cuſtodes Sanctorum qui in hac vita Deum ardentiùs amauerunt; vt vnà cum illis ſuis Sanctis nobis impetrent hunc amorem. Ita S. Eliſabeth Regina Vngariæ fuſis pro vano quodam iuuene precibus, illius cor adeò incendit, vt ille ſe ardere ſentiret, rogaretque, vt orare deſineret: atque mox religioſæ diſciplinæ ſe addixit. Si omnes Angelorum omnium voluntates, &

Beatiſſimæ Dei Matris, ac Sanctorum omnium corda conſtarentur in voluntatem vnam, in cor vnum, nihil poſſent nobilius facere quàm Deum amare. Confici poſſet catalogus Sanctorum diuino amore celebriorum, & ſæpè legi. 1 Diligite Dominum, omnes Sancti eius.

XVIII.

1 *pſ.* 30. 24.

XVIII. Die Menſis.

Minima etiam è magni amoris motiuo curare.

ETiam minima peccata cauet magno ſtudio qui amat; etiam minimas actiones reddit Deo valdè gratas, qui eas facit ex magno amore. 1 Caſſianus: Quiſquis, ait, fuerit in charitatis perfectione fundatus, uel te-

1 Collat. 11. c. 13.

tenuem amoris formidat offenſam, ne quantulumcunque feruor dilectionis illius intepeſcat. De bonis verò minimis audi B. Franciſcum de Sales, 1 qui ait, minimis etiam quibuſque operibus creſcere in nobis charitatem, & pro calice aquæ frigidæ amore Dei porrectæ pauperi, non ſolummodò præmium in cælo dari, verùm & hìc incrementum charitatis. Plantæ quædam alibi natæ nihil odoris habent;

1 *de amore Dei lib. 3. c. 2.*

at quæ in Arabia felici naſcuntur, auræ illius afflatu ſuauem odorem exhalant: ita minora quædam opera ſi ex motiuo diuini amoris fiant, fragrant mirificè, quæ aliàs eſſent pretij modici, vel nullius. Sicut verò pauper illa vidua dum duos tantùm obolos demiſit in theſaurum templi, multùm dedit; ſic theſauri diuini amoris in nobis augentur, etiam per opera hæc minora. Hæc, atque his plura ille. additque de Pyreico pictore; picturas illius, hu-

milia licèt pingentis, 1 magni habitas. Quippe, ait Plinius, eæ pluris veniere, quàm maximæ multorum. Idem Beatus alio loco docet, 2 eorum quæ facimus, licèt minima ſint, excellentiam conſiſtere in eo, vt fiant intentione recta, & cum voluntate faciendi id quod Deo placet. ita actiones paruas peruenire ad magnam ſanctitatem; ac per pauciora opera fieri, Dei liberalitate, maiores in virtute progreſ-

1 *Plin. l. 35. c. 10. hiſt.*
2 *De amore Dei l. 6. c. 7.*

Digitized by Google

greſſus, quàm aliàs etiam per plura.

XIX. Die Menſis.

Mortificatione, ſeu afflictatione carnis, alere amorem Dei.

AMor diuinus cùm nos poſſidet, ita carnem ſuo inuoluit incendio, vt illam tractet inſtar tyranni; ſed mortificando, non morbum aut mortem inferendo. Ibi verè habitat Deus velut in rubo ardente, ſiue

in ſpinis mortificationis diuini amoris igne incenſis. 1 *Scias*, inquit, Beatiſſima Virgo S. Eliſabethæ, *quòd nulla gratia deſcendit in animam, niſi per orationem, & corporis afflictionem*. Vide carnem S. Franciſci à Seraphino vulneratam, & martyrem charitatis: & tuam cum illa confer, an illam ſic tractes; an amor Dei in te habitans parcat carni tuæ: Si corpus ægrotet, amor diuinus tibi ſuggerit vt dicas: Malè

1 S. *Bonau. c. 3. Medit. vitæ Chriſti.*

lè quidem eſt corpori meo: ſed hoc mihi ſolatio eſt quòd tibi, Deus, tam benè ſit vt malè tibi eſſe non poſſit: gaudeo, & gratias ago, quòd fiat in me voluntas tua. Erit, cùm coram in cælo amabo te in hoc ipſo corpore nunc lacero à tot morbis. B. Laurentius Iuſtinianus, 1 *Qui amat*, inquit, *pro Deo libenter patitur. Poena interrogat ſi quis veraciter amat.* Hinc cilicium eſt veſtis Deum amantium, vel baltheus;

D 5 ca-

1 *Ligni vitæ c.* 11

catenulæ ferreæ, ſunt torques; ieiunia, conuiuia. Ieiunia, & flagra Catharinæ Senenſis, Tereſiæ, Magdalenæ de Pazzis, Franciſci Xauerij, B. Aloyſij, Ignatij, B. Borgiæ, aliorumque interroga; & ſtupebis quanto ſuæ carnis odio flagrare illos docuerit amor Dei.

XX.

Digitized by Google

XX. Die Menſis.

Negotia vel fugere, vel ſi ſuſcipienda ſunt, agere, inſtinctu, ac ductu amoris Dei.

D*Eus eſt ignis edax,* 1 inquit Auguſtinus; *conſumit veterem vitam diuinus amor; & innouat hominem, vt faciat vt eum amemus.* Negotia alunt in te veterem hominem: committe illa diuino a-

D 6 mo-

1 *l. contra Adimantum c. 13.*

mori, vt illa exurat velut aurum, atq; perpurget, ac innouet; vt te in amando Deo iuuet. Amare Deum eſt negotium negotiorum, pretioſiſſima omnium occupatio, qua nihil nobilius, etiam in cælo, agitur. Hoc eſt principale: reliqua ſunt acceſſoria. Christus S. Mechtildem docuit *optimum cordis* negotium, ſeu occupationem eſſe *Deum toto corde feruenter amare, & deſiderare; atque in meditatione de ipſo dulci-*

ter

1 *Spirit. grat. l. 3. c. 30.*

ter cogitare. Expende tenerrima illa, & tibi quoq; à Deo dicta verba: Et nũc, Iſrael, 1 *quid Dominus Deus tuus petit à te*, niſi vt timeas Dominũ Deum tuum, *& diligas eum*, ac ſeruias Domino Deo tuo ex toto corde tuo?

1 *Deut.* 10. 12.

XXI. Die Menſis:

Obedientiæ ſe addicere amore Dei.

HAEC eſt melior quàm victimæ, Deoque gratior. atque idcircò parendum, quia Deo, quem amo, id gratum eſt. Voluntas enim noſtra, libera cùm ſit, poteſt velle obedientiam (idem eſt de alijs virtutibus) vel quia in ſe pulchra, & bona eſt; vel quia Deo placet. Vtatur

Digitized by Google

tur libertate hac ſua; & quia Deum amat, amet obedientiam non tam, quia in ſe amabilis eſt, quàm quia Deum delectat obedientia noſtra. Ita vt exercitatio obedientiæ fiat imperio amoris quo Deum amas. Chriſtus daturus rerum, quas docuerat velut encyclopœdiam quandam omnia complexam; poſt quàm dixit: *Iam non multa loquar vobiſcum*; adiecit: *vt cognoſcat mundus quia diligo Patrem, ſicut man-*

---

1 *Io.* 14. 31.

mandatum dedit mihi Pater ſic facio. Oculus amoris diuini perſpicax eſt; videt Deum in eo cui obedit, tanquam in ſua imagine. *Perfecta deuotio*, inquit S. Petrus Chryſologus, 1 *hoc debet imagini quod debet & Regi*. Et B. Laurentius Iuſtinianus: 2. *Qui diligit, obedit; qui autem negligit, certum eſt quod non diligit*. Qui facit aliquid humanum, (ait Suarez loquens de merito) quale eſt verbi gratia 2 *obedi-*

1 *Serm.* 147. 2 *faſciculi amoris c.* 6
3 *lib.* 12, *c.* 10. *n.* 24

dire Domino temporali; quia ſic eſt voluntas Dei; vt dixit S. Petrus, 1 *meritò dici poteſt diligere Deum ipſo opere.*

XXII. Die Menſis .

Orare aſſiduè, atque ardenter ex motiuo amoris Dei.

LIbēter loquitur Deo qui Deum amat. Adeſt ille nobis vbique, illi non loqui ſignum eſt ani-

1 *Ep.* 1. c. 2.

animi non amantis. Oportet ſemper orare; oportet ſemper ſinè intermiſſione amare, & nunquam deficere. Orandus eſt Pater, vt det nobis ſpiritum bonum, ſpiritum orationis; Filius, vt doceat nos orare, vti docuit Apoſtolos id petentes; Spiritus ſanctus, vt nos, & amore & oratione erudiat. 1 *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis.* Ab hoc petendus

eſt

1 *Rom.* 5. 5

eſt amor: ſed cùm orare neſciamus, rogandus eſt vt nos doceat. 1 *Spiritus Sanctus adiuuat infirmitatem noſtram; nam quid oremus ſicut oportet, neſcimus; ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Qui ex toto corde amat, ex toto corde orat. Dauid 2 *de omni corde laudauit Dominum, & dilexit Deum.* Vis Deum diligere? laudea illum de omni corde. 3 *Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum*

1 *Rom.* 8. 26. 2 *Eccli.* 47. 10.
3 *Eccli.* 43. 33.

tum poteſtis : maior enim eſt omni laude. Exaltantes eum replemini virtute. Sicut aſſiduè reſpiramus: ita deberemus amare aſſiduè, ac orare. Eſt qui putet (inito numero) ſe intra horæ ſpatiũ millies, centies, & ferè quinquagies reſpirare. Toties orandum eſſet, ac tot actus amoris erga Deum edendi eſſent, ſi id fieri poſſet. Id quia non poſſumus; offeramus ſingulas reſpirationes Deo, & omnes actus quibus Deus in cælo, & in terra amatur à Chri-
ſto

ſto, à Beatiſſima Virgine, ab Angelis, à Sanctis omnibus, à ſeipſo. Aſpirationes pro iaculatorijs orationibus frequentandis poterunt ſeligi è *Diurno* diuini amoris. Et certè illis, veluti ſcintillis, cor accenditur incendio dulciore; gaudet de gaudio, quod in infinita ſua pulchritudine, bonitate, ſapientia habet *Deus*; in *Deo* habet gaudium plenum; cogitatione crebra, velut oculo, illum præſentem videt, fide agnoſcit, ſpe deſiderat, charitate
am-

Digitized by Google

amplectitur, religione adorat, ſeque illi in holocauſtum amoris ſacrificat. conatur hìc illum amare quantum poteſt, vt in cælo illum eò plus amet quanto plus amauit in terra: hic enim amor eſt ſemen amoris æterni. Quicquid agit, agit ex motiuo amoris; & oratione, velut condimento cordis, aſpergit. Euolat corde hiſce aſpirationibus velut pennis alato, & ſe ſe librat in cælum. Aiunt, ab anatomicis deprehenſum eſſe quòd pennæ auis Mono-

no-

nocodiatæ radices habeant in eius corde. Cor tuæ orationis eſt amor: ibi ſint radices pennarum, ſeu iaculatoriarum precum quibus in cælum voles.

XXIII. Die Menſis.

Pactum cum Deo vbiq; nobis præſente inire.

ANima *cum Deo inire foedus* ſocietatis non trepidet, inquit, 1 Bern.

1. S. 83. in Cant.

Digitized by Google

Bernardus. Hoc amoris pactum eſt inſignis induſtria aſcetarum: quam explicat Aluarus Arias Hiſpaniæ olim Aſſiſtens, in libello hac de re edito; & Ioannes Nieremberg, ac Stephanus Binettus; qui ait *nullum eſſe eminentiorem, & utiliorem modum Deum amandi*. Deus dignatus eſt olim pactum inire cum homine in Geneſi: nunc nos amoris pactum cum eo ineamus, coram Beatiſſima Virgine, Seraphinis,

1 *auaritiæ ſancta c. 26.*
Prax. diuini amoris c. 29.

nis, & omni amantium Deum choro: per quos petamus gratiam, vt ſicut pauper illa vidua dando duo minuta *plus omnibus dedit*, quia deſiderabat dare quicquid diuites dabant, & plus; ita nos modicum id quod facimus, offeramus cum deſiderio faciendi quicquid gratum Deo eſſe poteſt. Binetus ait ter quotidie renouandum hoc pactum: Dignare, Domine, pactum amoris mei admittere, quo paciſcor tecum vt quoties oculos in cælum eleua-

uero, ille actus ſit interpres cordis & amoris mei, quo tibi offero omnem omnium rerum creatarum amorem quo te amant Angeli tui, & quicquid creatum eſt. Qui ſi eſſet in mea poteſtate, vellem te omnibus omnium creaturarum voluntatibus toties amare, quoties cælum aſpicio.

2. Quoties reſpiro, vellem in cor meum omnia omnium Angelorum, hominumque merita attrahere, vt aerem attraho; & eadem modico meo amore adiecto tibi redde-

dere, tibi offerre cum amore illo quo ipſe te amas. Benedic, anima mea Domino, & *omnia quæ intra me*, & extra me *ſunt*, nomini Sancto eius.

Tertiò. Sicut Moyſi dixiſti, Deus: Aaron frater tuus *erit os tuum*; & aduocatum dediſti nobis Ieſum qui aſſiſteret vultui tuo pro nobis: ita deſidero, non meo tantùm, ſed & illius corde amare te, loqui tibi, offerre cor meum & omnia corda tibi. Ille ſit Spiritus oris mei quo te orem, cordis quo te amem, operum

Digitized by Google

quibus amorem meum, exerceam. Id quod ego non habeo, do ex infinitè infinito theſauro amoris quo ille te amat. Ille amor ſoluat debita mea tibi; offerat merita mea tibi; ſacrificet cor meum tibi: vt ſit holocauſtum, in odorem ſuauitatis. Cum illo omnia nobis donaſti. Omnia ego cum illo viciſſim, & me ſimul, tibi dono. Malo vt tu me habeas quàm ego me, Domine. Si quis melior te amandi modus mihi occurreret; illo te amarem: & hunc renoua-

tum volo, quoties vſurpo hanc vocem; *Deus* !

XXIV. Die Menſis.

Quotidie quærere quid maximè placeat Deo, quid ſit optimum.

QVotidie modicum aliquid otij aſſignandum quo quæras quid amplius, quid melius, quid gratius Deo facere poſſis præ ijs quæ facis 1. *Turres Ieruſa-*

1 *Iſaiæ* 54.11.

lem gemmis ædificabuntur. Hoc eſt fundare actiones ſuas *in Sapphiris*. Optimæ, præſtantiſſima, pretioſiſſima omnia eſſe debent, quæ fiunt amore Dei. Dei ædificatio eſt iſta, ciuitas dilectionis. Semper animo, ſæpè ore verſandum eſt illud: Optime mi, & maxime Deus, da vt inter bona ſemper optima eligam, id eſt, ea quæ tibi magis placent. Hoc quod nunc ago, facio amore tui: quia puto me hic & nunc nihil poſſe præſtare quod gratius tibi eſſet: ſi ſcirem eſſe

ali-

aliquid aliud; vellem illud facere hoc relicto; quia dignus es optimis, & maximis modis immortaliter amari cogitatione, verbo, & opere, ex toto corde meo, & ex tota anima mea, & ex tota mente mea, & ex toto intellectu meo, & ex tota virtute mea, & ex tota fortitudine mea, & ex omnibus viribus meis. B. Franciſcus 1 de Sales; Amemus, inquit, virtutes ſingulas; & primò ante omnia virtutes alijs

1 *l.5.de amore Dei c.14.in fine.*

Digitized by Google

excellentiores: idque non quia ſunt alijs excellentiores; verùm quia Deus illas excellentiore amore amat, ſeu magis amat. Ita ſanctus amor erit anima, & vita virtutum noſtrarum omnium; redderque illas amantes, amabiles, & plus quàm amabiles. Abel optima offert Deo, & eſt ſymbolum electorum; Cain peſſima, & eſt princeps reproborum. 1. Iſrael filijs ſuis dona Ioſepho ferenda præſcribens; ſumite, in-

1 *Geneſ.* 43. 11

inquit, de *optimis* terræ fructibus. Moyſes cognato ſuo; Quicquid *optimum* fuerit dabimus tibi. 1 Sic tu diſquire quid DEO optimum dare poſſis: & optimè id exequere.

1 *Exodi* 10.32.

XXV. Die Menſis.

Reſpectus humanos amore Dei odiſſe, ac ſuperare.

PVpilla oculi electorum eſt amor Dei. Cæcus eſſe vult ad reſpectus humanos, totus intentus in Deum oculus ille qui ſe videndo Deo parat, vt illum coram videat, & amet. Illius oculis vult placere illa quæ agit. *Contabuit ſpecies mea*, inquit Auguſti-

nus,

nus, 1 *& computrui coram oculis tuis placens mihi, & placere cupiens oculis hominum. Amicitia hominum charo modo dulcis eſt. O nimis inimica amicitia, ſeductio mentis, cum dicitur: Eamus, faciamus; & pudet non eſſe impudentem.* 2 Deinde amicos ob quos Deus negligitur vocat ſartaginem amorum, quæ illum circumſtrepebat vndique, dum amaret amari. In hac ſartagine verſat ſuos amatores mundus, dum eos pla-

1 *2. Conf. c. 1. 5. 9.*
2 *lib. 3. c. 1.*

cere vult oculis aliorum potiùs quàm oculis Dei. Ne ſis ſeruus reſpectuum humanorum: eſto *Seruus amoris Dei*; vt S. Paulum vocat S. Bernardus c. 6. de amore Dei. Nec ſerui, nec amici Dei eſſe poſſumus quãdiu hominibus placere quærimus. Quocirca ſicut illos amor mundi adducit, vt Deum non reſpiciant, licèt ille vbique ſit præſens; ita nobis diuinus amor perſuadeat, vt reſpectus humanos odio habeamus, & ſuperemus. Quid in amico quærit reſpectus

hu-

Digitized by Google

humanus? Virtutem, dignitatem, nobilitatem, lucrum? Hæc omnia in Deo, & charitate erga Deum luculentiſſima sũt. S. Thomas: 1 *Charitas*, inquit, *inter omnes virtutes excellentiſſima eſt. Hic actus digniſſimus eſt: charitas eſt ſummum donum. Optima & nobiliſſima actio eſt dilectio. Quilibet motus charitatis valet regnum cælorum.* Vide quid præferas.

1 *22.q.23.a.6. Opuſ.16. c.1.3.27.*

XXVI. Die Menſis.

Senſus omnes, ac ſingulos facere inſtrumenta amoris Dei.

ANima diuini amoris vbique adipiſcendi ſtudioſa, ex omnibus quæ videt, audit, aut alio ſenſu percipit, mel amoris legit; velut apis argumentoſa. Si quid boni videat, gratulatur Deo; ſi quid mali, dolet: vtrinque amat. Signum veriſſimæ dilectio-

ctionis ad Deum eſt 1, inquit Albertus Magnus, cùm homo congratulatur Deo in omnibus, quæ Deo placent, à quocunque, quacunque hora, quocunque loco fiant. Item cùm homo contriſtatur Deo in omnibus quæ Deo diſplicent, à quocunque, quacunque hora, quocunque loco fiant. Videndo Chriſtum cruci affixum, conſpecta magna mortalium frequentia, audiendo magna, & mira Sanctorum

1 *paradiſi c. 8.*

rum exempla, inflamma illis, velut lignis pretioſis, amorem tuum; & cogita cũ Bernardo: 1 *Quid retribuam? Nonne ſi conferrentur in me omnes vitæ filiorum Adam, & omnes dies ſeculi, & labores omnium hominum qui fuerunt, qui ſunt, & qui erunt, nihil eſſet ad comparationem illius!* Quicquid boni, quicquid mali videris, legeris, audiueris, arripe occaſionem amandi Deum, gratias agendi, dolendi quòd quæ illi placita ſunt non feceris ſemper. Ita *Dili-*

1 *Serm. de quadruplici debito*

gentibus Deum omnia 1 (etiam mala quæ videt, legit, audit) *cooperantur in bonum*. Dum flores oculis vides, manibus tangis, naribus admoues, audi Auguſtinum 2 amoris diuini monitorem: *Omnia iſta quæ videtis, pulchra, quæ amatis, ipſe fecit. Si hæc pulchra, quid eſt ipſe?* Dic ergò cum S. Bernardo 3 cùm te aliquid ad amandum inuitat: Da, *ne tecum aliquid amem quod propter te non amem*. O *verè vnice*

amor,

1 *Rom.* 8. *v.* 28. 2 *in pſ.*84. *fol.* 203. *G.* 3 *l. de amore Dei c.* 6.

amor, & vere Domine, cùm propter te aliquid amo, non illud amo, ſed te, propter quem amo quod amo. 1 *Tu ſcis quòd abiectis procul omnibus ſeculi huius altitudinibus, pulchritudinibus, dulcedinibus tibi dicat cor meum: Exquiſiuit te facies mea, ò in omnibus adorande, & amabilis Domine.* In cælo amabimus vbi quæ nec *oculus vidit*, nec *auris audiuit* amorem accendunt. ibi ſinè impedimento erit 2 *amoris indiſſolubilis æternitas, irrefra-*

1 *ibid. c.1.*
2 *ibid. c.4.*

ſragabilis perfectio, incor-ruptibilis beatitudo. Quicquid ergò in ſenſus cadit occaſionem præbet amandi *D*eum; vt illi offeras quicquid es, quicquid pulchrum, dulce, glorioſum, delectabile, eſt in cælo, & in terra: omnia corpora, animas, cogitationes, verba, opera, laudes, victorias; quicquid illi placet in purgatorio, in terra, in cælo; omnem contritorum cordium dolorem, amantium flagrantiam, piorum deſideriorum incendia: quicquid Sera-

phi-

Digitized by Google

phini, & cælites omnes poſſunt; quicquid honoris Deo & amoris impenditur: ſudorem omnem, omnem ſanguinem qui pro eius amore fuſus eſt, vel fundetur; voluntates omnes diuinæ voluntatis ancillas, imò & eas quæ ſunt rebelles; cum deſiderio, vt ament, ament, ament! *Iniuſtus eſt* inquit Deo loquens S. Bernardus 1 *qui non tantum deſiderat te amare quãtum ab aliqua creatura rationali poſſibile eſt amari te.*

XXVII.

1 *lib. de amore Dei c. 3.*

XXVII. Die Menſis.

Tempus ex diuini amoris præſcripto diſtribuere.

SAncti, qui in terris plus amauerunt Deũ, plus Deum amabunt in cælo. adeòque tempus hoc noſtrum eſt ſeminarium æternitatis. Adhibeamus conſilio noſtro conſultorem Amorem Dei, vt nos doceat 1 quomo-

1 *Epheſ.* 5. 16.

modo *redimentes tempus* poſſimus damna uetera lucris nouis compenſare. Cælum intuere! Diuinus amor *ornauit in æternum opera illorum* qui iſtic regnant in 1 triumpho amoris æterni. De Dauide poſteaquam dixit Spiritus sãctus; *dilexit Deum;* ſubiunxit: *Ornauit tempora vſque ad conſummationem vitæ. Dominus purgauit peccata ipſius*. Primum temporis noſtri negotium eſt purgare peccata igne charitatis: De-

in-

1 *Eccli.* 16. 27. *ibid.* c. 47. v. 10. & 12. 13.

inde *ornare tempora* pretioſiſſimis actibus aurei amoris Dei. Id fiet, ſi aliquid temporis quotidie aſſignaueris quo reliquas horas tuas ad aureum diuini amoris horologium ita diſponas, ut in manibus illius ponas tempora tua, 1 S. Thomas proximum Beatorum amori exercitium diuini amoris ponit, ut cùm *impoſſibile* ſit nobis *ſemper actu cogitare de Deo*, ut Beati in cælo; *homo ſtudium ſuum deputet*
ad

1 2.2.q.24.a.8.

ad vacandum Deo, & rebus diuinis, prætermiſſis aliis; niſi quantum neceſſitas præſentis vitæ requirit. Et iſta, inquit, eſt perfectio charitatis quæ eſt poſſibilis in via: non tamen eſt communis omnibus habentibus charitatem. Conſtituas ergò tibi tempus quotidie in quo diuini amoris exercitationi uaces, ac reliqua tua tempora illi tranſcribas; ita ut tempora omnium occupationem tuarum, ex cuiuſcunque uirtutis motiuo ſuſcipiantur, ſint *tempus amantium.* id quod fiet,

fiet, ſi omnes occupationes illas, & virtutes idcircò exercere velis quia Deo placent; & gratum eſt illi vt eas exerceas. Nam (vt benè Angelicus Theologus, & alij, docent) 1 *quando actus vnius virtutis ordinatur ad finem alterius virtutis, participat quodammodo ſpeciem eius.* Vnde ſi quis furetur vt ſe inebriet, vel vt venenum emat aut gladium pro aliquo occidendo; furtum illud gulæ, aut homicidij ma-
F li-

1 22.q.85. c.3.c.

litiam habet: eſſetque peccatum furtum tali caſu, etiamſi aliàs peccatum non eſſet. Sic dum virtutes ex motiuo diuini amoris exercentur, induunt virtutis illius decus. Vnde tunc omnium occupationum, ac virtutum noſtrarum tempus, eſt tempus amantium, eſt amori diuino dedicatum. Feliciſſimum tempus eſt quod amori diuino impenditur. Optandum eſt vt omne tempus illi dare poſſimus; id quia non poſſumus, vt demus quãtum poſſumus. Hoc eſt quod

quod explicans *Doctor* Angelicus, 1 Contingit, inquit, concupiſcere ſummum bonum intenſione vehementer; vehementiùs, vehementiſſimè; duratione, diu, diutiùs, diutiſſimè; multitudine, ſæpè, vel frequenter, ſæpiùs, ſæpiſſimè. Si non poteſt concupiſcere vehementer, ſi diu continuare non poteſt; ſaltem fiat repetendo frequenter. Nam quò frequentiùs, eò vehementiùs concupiſces; & quò vehe-

1 *Opuſc. 61. c. 3.*

mentiùs, eò diutiùs. Sic ille. Vnde optimè tempus illud collocabis quo vel diuini amoris actibus occupaberis, vel reliquam rerum agendarum ſeriem ad hunc ſcopum diriges, vt omnia fiant ex motiuo amoris *Dei*. Quocirca S. Auguſtinus 1 amorem in horas ſingulas à Deo petens; *Rogo*, ait, *te, Domine, per omnes miſerationes tuas, mollifica cor meum tua ſacratiſſima, & potenti unctione: & fac me per ignem compunctionis co-*

1 *l. 9. medit. c. 35*

coram te omni hora hoſtiam viuam fieri. Abſorbeat mentem meam ab omnibus, quæ ſub cælo ſunt ignita, & melliflua vis amoris tui; vt tibi ſoli inhæream, ſolaque tuæ ſuauitatis memoria paſcar. Modico illo tempore, quod amori diuino aſſignas quotidie videndum quomodo amoliri debeas per examen particulare, (de quo dixi paulò ante) impedimenta diuini amoris. S. Thomas quatuor ad id ſuggerit remedia; meditationem, doctrinam, orationem, &

exercitium. 1 Suadet legendum eſſe aliquid de amore Dei. *Quomodò legis? Diliges.* Suadet vt ea de re cum aliquo colloquaris, eumquè conſulas quomodo progrediẽdum tibi ſit in amore Dei. Nam, vt laudatus ab illo Gregorius dicit, *collocutionis vox plus quàm lectionis ſermo corda torpentia excitat. Deum in homine conſule: aperi impedimentum: quære medicamentum.* 2 Poſtea charitatem vocat *regulam e-*

le-

1 *Opuſc.* 61. *c.* 10.

2 *cap.* 11.

lectorum, virtutem virtutum, canonem canonum, principis placitum, amandi legem igneam lucentem, incendentem, ſurſum mouentem; quæ ſit *carbo incipientibus, flamma proficientibus, lux perfectis. hoc eſt lex in dextera, non tantum in corde, eius*. Diſquire ergò, & diſpone ſingulas horas tuas velut horologio aureo cuius Rector ſit diuinus amor; vt nulla occupatio à te ſuſcipiatur, quæ non ſit ex motiuo amoris Dei. 1.

1 *S.83.in Cant.*

Amor cæteros omnes in ſe traducit, & captiuat affectus, inquit Bernardus.

XXVIII. Die Menſis.

Tentationes in diuini amoris magis accendendi occaſiones conuertere.

INuitant nos ad amandum ea quæ tentatio nobis obijcit; ſed cogita tunc ipſo igne inferni lumen tibi præberi ad cælum, vbi *in lumine videas lu-*

Digitized by Google

lumen, & in amore conci-pias amorem in domo beatì amoris, 1 vt loquitur Ber-nardus. cum quo licebit dicere dum tentaris, vel aliquem tentari audis: 1 *Amoris vel nomen, vel affectus, nulli competit, vel debetur, niſi tibi ſoli, ò vere amor, & amande Domine.* Vel cum eodem ſic ora pro te 2, ac omni-bus qui tentantur: *O a-mor, veni in nos, poſſide nos: diſpereant à facie tua in nobis omnia foeditatis nomina, Domine, cui ſoli*

1 *de amore Dei c. 3. & 4.*
2 *cap. 5.*

amor debetur. 1 Vel cum S. Auguſtino: Da, Domine, *vt perfectè te diligens, & dignè te laudans, ipſo cordis palato ſentiam, quàm dulcis es! Te inuoco in animam meam: intra in eam. Sanctifica me vas tuum quod feciſti: de malitia euacua; imple gratia, & plenum conſerua. Dulciſſime, benigniſſime, amantiſſime, chariſſime, potentiſſime, deſideratiſſime, pretioſiſſime, amabiliſſime, pulcherrime! Tu melle dulcior, lacte, & niue*

1 *medit. c.* 34. 35.

ue candidior, nectare *ſuauior*, *gemmis*, *&* *auro pretioſior*, *cunctiſque terrarum diuitiis*, *&* *honoribus mihi charior*. Tum corde ſubmiſſo adorans Deum, deſidera illum plus amare quàm omnes tentati illum vnquam offenderint; amare ſicut illum amat beata æternitas; & dic: 1 *Dico quod valeo, ſed non dico quod debeo. Vtinam poſſem talia dicere qualia illi hymnidici Angelorum chori. O quàm libenter me in tuis laudibus*

1 *ibid.*

totus effunderem. Reſpice ad id quod dicere opto. Diligo te ſuper cælum, & terram, & omnia quæ in eis ſunt. Amo te, Deus meus, amore magno, magiſquè te amare cupio. Da mihi vt amem te ſemper quantum volo, quantum debeo. Plura de his vide ibi. Ipſa ergo tentatio ſit tibi incitatio, inſtigatio, inſtructio, & quaſi conſultrix vt eò plus ames *Deum* quò magis tentaris à dæmone hoſte Dei & ſalutis tuæ. Ita non ſolùm ſinè damno, verùm etiam cum lucro redibis à præ-

lio

lio ſub vexillo diuini amoris. 1 Ita *dracontia* gemma nobilis è capite cæſi draconis eruitur. Sic tu aggreſſum te inferni draconem amoris telo vinces, cædes; & ex ipſo hoſte, ex ipſa tentationis occaſione theſaurum feres: id, eſt eris ditior ac ſanctior quàm fortè fuiſſes ſi hanc occaſionē non habuiſſes. 2 Hic amor habet clypeos aureos, arma aurea, quibus nos inſtruit vt vincamus. Facit ille nobis ten-

1 *plin. nat. hiſt. l. 37. c. 10.*
2 1. *Macbab*, 14. 24.

tentatis id quod Ieremias Iudæ militi, porrigens 1 *gladium aureum* diuini amoris; & dicit: *Accipe ſanctum gladium, munus à Deo, in quo deiicies aduerſarios.*

XXIX.

1. 2. *Machab.* c. 3, 2. 5. & c. 15. 15.

Digitized by Google

XXIX. Die Menſis.

Vincere ſeipſum in paruis, & magnis occaſionibus.

SAepè à nobis petit aliquid amor quo nos amamus: at ſi diuino amori ſit gratius, vt illud à nobis non impetret; vincamus nos, negemus id nobis; & oſtendamus quòd Deum magis amemus quàm nos ipſos. 1 *Ne-*

1 *l.9.tract.123.fol,122,col.2.*

Digitized by Google

Neſcio quo inexplicabili modo, inquit Auguſtinus, *quiſquis ſeipſum nō Deum amat, non ſe amat; & quiſquis Deum, non ſeipſum amat, ipſe ſe amat.* Aiunt S. Xauerio rogato vt aliquod perfectionis compendium ſuis pro documento relinqueret, dicere ſolitum: *Vince te; ſupera te*. Diuinus amor, vel non dormit, vel dormit loricatus ac vigil. Eſt hoc Deum verè amanti proprium, vt Deũ quærat, non verò ſua commoda: imò cum ſui victoria. Vnde Albertus

Magnus: 1 Charitas, inquit, ad *Deum* vera & perfecta eſt quando anima cum omnibus viribus ſuis ardenter ſe infundit Deo, nullum commodum tranſitorium, vel æternum quærens in eo; ſed ſolùm propter nobilitatem, bonitatem, ſanctitatem, perfectionem, beatitudinem Deo innatam afficitur circa Deum. Inde vox illa Theologiæ decernentis *quidnam ſit propriè amor charitatis*, 2 dicentiſque illum amorem

1 *paradiſi c.* 1.

2 *Valentia* 2.2.*diſp.*3.*q.*5.*p.*1.

Digitized by Google

rem conſiſtere in eo vt quis amet potiùs quàm ametur; velitque bonum rei dilectæ. Hinc, S. Thoma docente 1, *Charitas attingit ipſum Deum, vt in ipſo ſiſtat, non vt ex eo nobis aliquid proueniat. Et ideò charitas eſt excellentior fide, & ſpe, & per conſequens omnibus aliis virtutibus.* Iam verò in ijs quæ vincenda occurrunt, ſiue in quibus vim nobis inferre, ac nos ſuperare debemus, nobile ſpecimen huius charita-

tis

1. 2.2.q.23.a.6.

tis licet edere. Tum enim verè te deſeris vt Deum quæras; te odiſti, vt Deum ames; tibi negas aliquam oblectationem, vt Deum delectes. Et vix alibi luculentius emicat verus amor quo Deum amamus non verò nos, quàm vbi nos ipſos Dei amore vincimus, affligimus. S.Auguſtinus de eo loquens cùm nobis negamus *quod delectat*, aut pœnam nobis infligimus, 1 *Excrucio me*, inquit, *vt ille parcat; do de*

1 *de vtilitate ieiunij fol.254.Col.2.*

de me poenas, ut ille ſubueniat; ut placeam oculis eius; ut delectem ſuauitatem eius. Nam & victima excruciatur, ut in aram imponatur. Certè ſic ſacrificamus Deo id quod nos delectaret. Atque hoc ſacrificium fieri poteſt ex reuerentia, & amore Dei: pertinebitque ad virtutem religionis, & charitatis. S. Thomas 1 ait ſacrificium eſſe quendam ſpecialem actum, qui laudem habet ex eo quòd in diuinam reuerentiam fit, per-

1. *2.2.q.85.a.3.*

pertinetque ad religionem. Contingit autem & ea, quæ ſecundùm alias virtutes fiunt, in diuinam reuerentiam ordinari: vt cùm aliquis proprium corpus alicui aſflictioni ſubijcit, propter diuinam reuerentiam. Et ſecundùm hoc, etiam actus aliarum virtutum ſacrificia dici poſſunt. Alibi docet ſacrificium interius eſſe 1 *quo anima ſeipſam offert Deo*. Addit quoddam exterioris ſacrificij genus eſſe,

quan-

1 *art.2.& art.4.*

quando actus exteriores aliarum virtutum in diuinam reuerentiam aſſumuntur. Quoties te vincis, tot ſacrificia offers Deo. & ſi te ex motiuo reuerentiæ ac amoris Dei vincas; illum mortificationis actum, ueluti ſtatuam inſignem, gemino religionis ac diuini amoris auro nobilitas. Aſſueſce ergò te uincere Dei amore te perurgente. Roga illum ut ille te uincat, & in te de te triumphet. In minutis, & obuijs occaſionibus, in tædijs quæ occurrunt, dic: O Ieſu, uo-

Digitized by Google

uolo me uincere amore tui. Domine, deſidero te liberaliter dilatato corde amare. Dilata illud. 1 *Immenſus es, Domine*, inquit Auguſtinus, *& ſine menſura debes amari, & laudari ab his quos tuo pretioſo ſanguine redemiſti.* Excita te ut uincas teipſum, ac tua tædia: ut liberali corde, actuoſo amore ames, excita te illis Bernardi uerbis: 2 *Amat immenſitas, amat æternitas, amat ſupereminens ſciētiæ charitas, amat Deus* cu-

1 *medit. c.* 35. 2 *de diligendo Deo fol.* 166, *col.* 4, *in fine.*

Digitized by Google

cuius magnitudinis non eſt finis; & vicem rependimus cum menſura? Dic ſæpè Deo: Volo me expugnare ſub vexillo amoris tui, frequenti aſſultu, crebro prælio; ut occupem arcem amoris tui, per cæſos hoſtes tuos. Huc reuocanda eſt illa de teipſo uictoria qua te uincis cùm eius qui tibi moleſtus in aliquo fuit occurrit memoria, ut eum ames Dei amore, ac ores pro illo. S. Thomas 1: *Quanto*, inquit, *aliquis ma-*

1. 2.2.q. 25.a.8.

magis diligit Deum, tanto etiam magis ad proximum dilectionem oſtendit, nulla inimicitia impediente: ſicut ſi aliquis multùm diligeret aliquem hominem; amore ipſius filios eius amaret, etiam inimicos ſibi.

XXX. Die Menſis.

Voluntatem ſuam diuinæ accommodare, amore ipſius.

IDem velle, idem nolle, idque conſtanter, non eſt niſi amantium. Ioannes Nierembergius exemplo, & calamo inſignis aſceticæ vitæ magiſter, ait hanc eſſe omnium optimam, excellentiſſimam, & ſummi compendij

1 *Vita diuinæ c. 1.*

dij occupationem; hoc agere, & ſic agere quia Deus hoc, & ſic, agi vult: hanc eſſe ſupremam legem amoris. 1 Nihil eſſe quod magis gratum ſit Deo. Nunc etiam Dei Matrem gloria coronatam in cælo, nihil magis æſtimare quàm velle quod placet Deo: conſpectam illam Ciſtercienſi cuidam, apud Cæſarium, in nube ſplendida dixiſſe voce dulciſſima quaſi DEO loqueretur: *Fiat voluntas tua ſicut in cæ-*

1 *cap.* 12.

Digitized by Google

cælo, & in terra. cuius vocis ille poſtea non potuit ſine lachrymis meminiſſe. Praxim huius virtutis in eo ponit, vt 1 ſicut alijs virtutibus per examen, & alias induſtrias incumbimus; ita huic non minùs quàm alijs, imò plus quàm alijs, incumbamus; ut in ſingulis quæ agimus, oculis in diuinam uoluntatem defixis id agamus quod ille uult, eo modo quo ille uult, ideò quia ille uult: & ſi quid eum nolle ſciamus

1 c.14.

mus, nullo modo animum adijciamus ad id faciendum. Sic opus aliàs indifferens coronari, ſi fiat ideò quia Deum amas, & uis quod uult. Ita uirtutum minorum actus increſcere ad didignitatem maiorem à diuino amore nobilitatos: mille oculis, mille cordibus ad id unicè attendendum. Ita S. Gertrudem à Chriſto didiciſſe, ut diceret: Non mea ſed tua uoluntas fiat, dulciſſime Ieſu. edoctam item ab eodem ut non ſolùm quicquid comede-

Digitized by Google

ret ac biberet, ſed ſingulos bolos, Deo offerret: ſingulas literas quas legebat, uel ſcribebat, uerba ſingula; & etiam quoties reſpiraret: ut ſic ſemper prompta eſſet ad exequendam diuinam uoluntatem. Sunt qui ad grana roſarij ſe aſſuefaciant ad hos actus: Amo te, & ideò quicquid uis hoc uolo, Deus meus. Sit ergo uoluntas tua, ancilla diuinæ cum Beatiſſima Virgine, & S. Gertrude; idque in ſingulis; quæ agis, quæ omittis.

XXXI.

Digitized by Google

XXXI. Die Menſis.

Crucifixi Chriſti meritis coniungere quicquid agis.

NEmo Deum ſic amauit ut Chriſtus qui & ipſe Deus eſt. Aſſueſcendum ergò, ut illius corde amemus, illius lingua laudemus, illius manibus operemur: & ſingulas cogitationes, atque actiones, aſſueſcamus SSS.Trinitati *offerre ſpirituales hoſtias, acceptabi-*

biles Deo per Ieſum Chri-ſtum. 1 Coniungamus ergo noſtra opera illius operibus. Franciſcus Suarez; 2 *Hæc*, inquit, *ſententia mihi valdè placet; opera iuſtorum digniora fieri ex vnione ad Chriſtum, & meritis eius. Accreſcit noua dignitas, & valor operibus iuſtorum ex Chriſto*. Atque hoc eſt nobiliſſimum imbecillitatis noſtræ ſolatium; habere in Chriſto tam firmum adminiculum, & adeò diues eorum quæ nos

1 1. *Petri* 2. 5.

2 *De merito lib*. 12. *c*. 19. *n*. 6. & 7.

Digitized by Google

nos non poſſumus ſupplementum. Demus totum quod habemus: reliquum ſupplebit Chriſtus. 1 *Nam*, ut præclarè Bernardus; *etſi minùs diligit creatura, quoniam minor eſt; tamen ſi ex tota ſe diligit, nihil deeſt vbi totum eſt.* Infundamus guttam noſtram infinito illi Océano meritorum Ieſu. *Neſcitis*, inquit 2 Paulus, *quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti?* 3 *Volo autem vos ſcire quòd omnis viri caput Chri-*

---

1 *Serm.* 83. *in Cant.*
2 1. *Cor.* 6. 15. 3 1. *Cor.* 11. 3.

Chriſtus eſt . Sicut ergò
membra uon niſi è capi-
tis rectione ſe mouent; &
ea quæ agunt, non ipſis
tantùm, ſed & capiti at-
tribuuntur: ita (& maio-
re longè iure)ea quæ agi-
mus , non niſi è Chri-
ſti capitis noſtri arbitrio
nobis agenda ſunt , &
cum illius meritis con-
iungenda , qui uenit a-
moris ignem 1 *mittere in*
terram, & uult *vt accen-*
datur; ac nos, & omnia
noſtra opera ita coniun-
cta comburat in odorem
ſua-

1 *Lucæ* 12. 49.